



1780

3

DE IVRIBVS SINGVLARIBVS, ATQVE
IMMVNITATIBVS OB REM METALLI-
CAM IN SAXONIA CONCESSIS.

1799 2

DISPVATIO INAUGVRALIS

QVAM

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS RITE
CAPESSENDIS

DIE III. IVLII A. P. O. R. MDCCCCLXXXIV.

H. L. Q. C.

EX

SINGVLARI SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS INDVLGENTIA
SINE PRAESIDE

DEFENDET

GVSTAV ALEXANDER BIELITZ

LIEBENWERDA SAXO

CANDIDATVS IVRIS VTRIVSQUE, ATQVE NOTARIVS
IMMATICVLATVS.

VITEMBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHII.

DE IURIBVS SINGVLARIBVS, ATQVE
IMMUNITATIBVS OB REM METALLI-
CAM IN SAXONIA CONCESSIS

DISSENTATIO IN IURIBVS

PRO SVMMIS IN VIKTORE IVRE HONORIBVS ET
CETERIS

PER III. IULI A. P. O. P. DISSENTATIO

SIXTE-RENNI SIMI PRINCIPIS ELECTORIS IN DVBIO QVINTI

SINE PRÆSIDI

GERBERTO

GVSTAV ALEXANDER BIELITZ

CANDIDATVS IURIS VIKTORIVS, ATQVE HONORIBVS
IMMUNITATIS

VITTEMBERGAE
LITHEVS TYPIS





§. I.

Instituci ratio.

Nunquam profecto quisquam, nisi omnis humanitatis expers, cum in *Diodoro Siculo* *) indicem crudelitatum quibus metallarii a maioribus nostris antiquissimis vexati, et oppressi fuerint, reperiat, et in scriptoribus rerum Americarum relatum legat, quantis aerumnis illi hominum miserimi in ditionibus Hispanorum, huc usque laborent, sibi temperare potest, quin summa miseratione, atque indignatione penitus commoveatur. Leges igitur patriae nostrae, quae metallicos non solum ne minimo quidem iure, quo alii ciues in Saxonia gaudent, priuarunt, sed iis praeterea ad sortem eorum felicitorem reddendam, et in molestiarum, et periculorum, quibus vbiq̃ circumfessi sunt compensationem multa, nec exigua paruique existimanda iura concessere, mirum quantum sese commendant. Quae cum ita sint, equidem, quod de his potissimum scribendi materiam mihi

*) Bibliothecae libro III.

mihî sumferim, non ineptum aliquid suscepturus mihî visus sum. Neque tamen inficior, ad hanc eligendam materiem permultum quoque apud me fecisse, quod in oppido in quo per hoc postremum biennium, et quod excessit, commoratus sum, saepius habuerim copiam intelligendi, quantum metallarii, et ob fata sua acerba, et ob priscam suam fidem, iuribus praecipuis frui promereantur. Quodsi vero ita provinciam meam gesturus sim, vt primum iura singularia metallariorum, deinde domini in cuius fundo metalli fodina extat, denique vero eorum, qui partem patrimonii rebus metallicis impendunt, tradam, de scopo exspatiari, et quadrata rolandis commiscere haud censeo, propterea quod haec omnia vnum eundemque habeant finem, eum quippe, vt multi ad adiutandas res metallicas inuitentur, atque metalli fodinarum cultura magisque prouehatur.

§. 2.

De metallariorum immunitate a tributis.

Primum inter iura praecipua metallariorum, quo nomine hic, citra eos, qui metallis effodiendis occupantur, etiam fabri instrumentorum ferreorum quibus metallarii indigent (*Berg-Schmiede*) eorumque focii, *a*) nec non omnes ii veniunt, qui aut in metalla generosiora elaboranda, et purganda, aut in coloris caerulei et cobalto praeparationem, operam collocant, *b*) sibi locum vindicat, immunitas eorum a tributo quod vernacula lingua *Contributionssteuer* audit, *c*) a praestationibus personalibus, *d*) et seruitiis tam equestribus quam manuariis omnino omnibus, nec non a seruitiis venaticis duobus tantum expressa

a) Gen. 28. Ian. 1775.

b) Refcr. 24. Iul. 1779.

c) *Bergresol.* 7. Ian. 1709. §. 51. C. A. II. p. 395. et *Befehl* de eod. anno C. A. II. p. 403.

d) Refcr. spec. ad praefectum Pirnenf. 25. Septbr. 1724. C. A. C. I. p. 1354. et Refcr. spec. ad praefecturae Voigtsbergens. vicarium 7. Ian. 1764. C. A. C. I. p. 1434.

pressa lege exceptis, quippe quae per XXX annos aedibus inhaeserunt, aut in compellendis ceruis lupisue consistunt, a quarum tamen praestatione metallarii, quo tempore metalli fodinis, aut vstrinis metalla effodiendi aut excoquendi causa insunt, itidem liberantur. e) Deinde etiam metallarii, qui praeter aedes, nec arua nec praedia rustica possident, tributo *Quatembersteuer* vulgo dicto non sunt obnoxii, f) neque frumentum granariis publicis, in quibus e praecleara providentia in tempus deficientis annonae asseruari solet, inferre tenentur. g) Porro metallarii hortulani et casati etiam a *Steuera extraordinaria* immunes sunt, h) hubarii vero eam, non nisi quoad facultates suas non superet, praestant; i) qua quidem immunitate tamen neque operarii in officinis excoctoriis (*Schmelzhütten*) et ferrariis, (*Hammerwerken*) k) neque viduae, ac liberi metallariorum gaudent. l) Remissionem contra dimidiae partis tributi *frumentis molendis solvendi (Mahlgrofschensteuer)* m) qua metallarii, quorum merces hebdomedalis in XXX. tantum grossis consistit, vtuntur, isti morte sua ad viduam, liberos, et parentes senes, atque decrepitos transferunt. n) Quemadmodum etiam metallarii indistincte, vtrum effodiendis, an elaborandis metallis operam dent, et vtrum immobilia bona possideant, nec ne, modo collegii metallici, cui subsunt, testimonio sese actualiter in rebus metallicis versari demonstrare possunt, mox tertia, mox dimidia pars *Accisae generalis* de rebus ad victum maxime necessariis v. c. lignis, sebo, frumentis, aliisque leguminibus vilioribus praestandae

A 2

remit-

- e) Refol. cit. d. a. 1709. §. ead.
 f) Refol. cit. §. ead. Refcr. 19. Febr. 1738. C. A. C. I. 1373. *Befehl* 18. May 1726. C. A. C. II. 386. *Bef.* 10. Octbr. 1732. C. A. C. II. 411.
 g) Refol. cit. d. a. 1709. §. saepius allegata.
 h) *Bef.* 18. May 1726. C. A. C. II. p. 369.
 i) *Bef.* cit. d. a. 1726.
 k) *Bef.* 15. Iuny 1729. C. A. C. II. p. 382. *Bef.* 4. Iul. 1731. C. A. C. II. p. 415.
 l) *Bef.* 5. Iul. 1731. C. A. C. II. 383. *Bef.* 10. Octbr. 1732. C. A. C. II. p. 412.
 m) *Gen.* 5. Aug. 1767. C. A. C. II. p. 797.
 n) *Gen.* 13. Iul. 1768. C. A. C. II. 803.

remittebat; o) huius tamen remissionis praefecti, et ministri rerum metallicarum, p) nisi partes metallicas possideant, participes non redduntur. q) Quod denique metallariis ad fodinas, aut officinas metallicas euntibus semper urbis portas gratis patere oporteat praeter legem, r) ipsa ratio praecipit.

§. 3.

De immunitate metallariorum a tutelis.

Quoniam non omnino expediti iuris sit, vtrum metallariis tutelam sibi delatam recusare liceat, neutiquam tamen hoc ius iis dare dubitarem, cum potissimum eandem habent excusandi causam, atque omnes ii qui muneribus publicis funguntur, et multis negotiis molestissimis obruti sunt. *) Quapropter etiam ne ad tutelam quidem in collegarum defunctorum liberos suscipiendam eos compellendos, neque iis iam tutoribus, simul atque inter metallarios recipiantur tutelae susceptae abdicandi potestatem denegandam esse, existimarem.

§. 4.

De immunitate metallariorum a militia.

Antiquioribus quidem temporibus omnes metallarii indistincte, et nulla temporis, quo durante rebus metallicis versati essent, habita ratione, conscriptioni militari non erant obnoxii, a) posthac leges ad hanc immunitatem, vt metallarii per biennium saltem operibus metallicis

o) *Erläuterung der General-Consumtions-Accis-Ordnung* d. d. 12. Decbr. 1707. C. A. II. 1950. et *General-Accis-Tarif* d. d. 22. Decbr. 1753. sub rubro *Bergmoderation* C. A. C. II. p. 964.

p) Exceptis tamen praesidibus fodinarum (*der Steigere*) qui etiam hac in re aequali iure, ac metallarii gregarii vtuntur.

q) *Erläuterung* nunc demum cit. d. a. 1707. in fine.

r) *Resol. laud.* d. a. 1709. §. 50.

*) *Ord. Tut.* d. d. 10. Octbr. 1782. c. 9. §. 1.

a) *Resol.* d. a. 1709. §. 51. C. A. II. 395. et *Bef.* de eod. anno ibidem p. 392.

licis inter fuissent, requirebant, *b*) nunc vero secundum recentissimas leges annus ad hanc immunitatem consequendam sufficit, *c*) neque ad hoc anni spatium in iis respicitur, qui ad operas metallicas antea defertas redeunt, hi enim statim militiae eximuntur. *d*) Auctoritate huius legis nouissime citatae iis etiam ex metallicis, quibus collegium metallicum ob negotia priuata per aliquod tempus ab operis metallicis otium largitum est, per huius otii concessi spatium vacatio a militia restat, modo in schedula, quae in testimonium temporariae dimissionis exhibi solet, huius temporis accurata mentio facta sit. *e*) Qui vero per annum saltim tempus in metallis laborauerit, deinde autem ob diminuta metalla, aut aliam ob iustam nec reprobam causam exauctoratos esse, collegii metallici testimonio demonstrare possunt, per annum adhuc, et hoc anno elapso, quando de eorum nauata opera ad laborem metallicum redeundi aequae constat, per biennium inuitti ad militiam vocari nequeunt. *f*) Semper tamen ad Cuniculos subterraneos agendos (*zum Miniren*) metallarii belli tempore recte adhibentur neque iis hoc munus delatum recusandi copia relicta est. *g*)

§. 5.

Metallarii in pagis degentes iuribus rusticorum negatiuis obnoxii non sunt.

Rustici ordinis homines in Saxonia praedia equestria acquirere nequeunt; *a*) cambialem obligationem valide in sese non suscipiunt; *b*)

A 3

et

b) Gen. 21. Septbr. 1734. C. A. C. I. 1366. *Neue Ordnanz* 1752. §. 77. C. A. C. I. p. 1181. cum *Erläuterungs-Rescripto* huj. §. 8. Aug. 1753. C. A. C. I. p. 1203.

c) *Verzeichniß der eximirten Pers.* 24. May 1775. et *Beilage* sub A. No. 3. ad Generale 21. April 1792.

d) Gen. 21. Apr. 1792. in *der Beilage* sub A. No. 3.

e) *Beyl.* No. 3. all.

f) *Beyl.* saep. cit. ad Gen. 1792. et *Resol.* 1709. §. 51. C. A. II. 395.

g) leg. sub litt. C. citt.

a) *Refer.* 6. Apr. 1743. C. A. C. I. 1013.

b) O. P. R. App. §. XI. *Wechselordn.* 2. Septbr. 1748. C. A. C. I. 1133.

et ad tirocinium opificiarium aspirantes antea per quatuor annos, *c)* ab anno aetatis decimo quarto computandos, *d)* in oeconomia harum terrarum rurali seruitia praestare tenentur. Ab his tribus iuribus negatiuis metallarii, etiamsi a parentibus rusticis orti sint, immunes existunt. Habemus enim legem, quae personis agriculturam relinquentibus *conditionem tribuit civicam, e)* et quamuis haec lex proprie de feudorum tantum acquisitione, talibus, ob mutatam vitae genus ex ordine rustico excessis personis, concedenda disponat, in dubio tamen communis atque generalem ordinis civici atque rustici praebet distinctionem: deinde privilegia, cum strictissime sint interpretanda, *f)* atque adeo naturalem libertatem nunquam, nisi expressa lege, circumscriptam censere liceat, metallarii quorum mentio in istis legibus non sit, quo minus personis ordinis civici annumerentur, nihil quidquam obstat: denique vero etiam licet Ordinatio Famulitiae supra allegata, *g)* solutos omnes ex ordine rustico ortos, atque prioribus aetatis annis in agrorum cultura versatos, indistincte utrum eorum parentes, in rure degentes, possessionati sint, an casas locatas incolant, et utrum adhuc agris colendis victum quaerant, an mercaturam et opificia, quatenus hoc in pagis permillum, exercent, ad seruitia agrestia per quadriennium praestanda, operasque suas rusticis, inprimis vero domino iurisdictionis locandas, adigi velit; haec tamen dispositio ad metallariorum liberos trahenda non est, quia isti non opificia praestant, sed munere publico funguntur, *h)* et quoniam causa cur rusticorum liberi a reliquendis operis rusticis retineantur, ne scilicet aliis levioribus negotiis, laudata lege descriptis, potissimum sese dicent, in metallariorum filiis cessat, hos enim ad rem metallicam quocumque modo inquirere, neque vero operarum agrestium praestatione, quo minus vitae

genus

c) Mand. 6. Novbr. 1766. C. A. C. I. 915. *Ges. Ordu.* 16. Novbr. 1769. C. A. C. I. 968.

d) Gen. 31. Mart. 1767. C. A. C. I. 947.

e) Refcr. 26. Sepbr. 1743. C. A. C. I. 1015.

f) l. 2. §. 10 et 16. D. ne quid in loco publico. l. 4. C. de emanc. liber. cap. 15. de Reg. Iur. in 6. *g)* §. 2.

h) Secundum ipsam legalem definitionem in l. 14. §. 1. D. de mun. et honor.

genus paternum eligant, eique adfuefaciant, retinere, falus reipublicae fuadet.

§. 6.

De iuribus, quae metallariis tanquam vniuerfitati comperunt.

Metallarii vni eidemque praefecturae metallicae fubditi, vniuerfitatem fub nomine collectiuo *die Knappfchaft* conficiunt, ideoque omnibus quoque vniuerfitatum iuribus haud exiguis, hic vep neutiquam enarrandis et explanandis, praediti funt. *)

§. 7.

De foro priuilegiato metallariorum.

Habent etiam metallarii forum priuilegiatum, tam e iuris analogia, fiquidem omnium ordinum ciuibus leges patriae, vt a paribus tantum iis ius dici poffit, concedere, quam e legum multarum expreffa fatione. a) Optimates quippe, et praefecti metallici in omnibus caufis perfonalibus, ac criminalibus in iudicio metallico, et in realibus tantum in foro rei fitae conueniri poffunt; b) metallarii autem gregarii, eorumque praefides (*die Streigere*) c) nifi vigillaria (*Hutlhäuser*) aliaque aedificia metallica incolant, d) muneris tantum, et delictorum propriorum ratione praefecturae metallicae in cuius territorio fodina, in qua fipendia merentur, fita eft, fubfunt, in omnibus autem alijs caufis ad rem metallicam non pertinentibus forum domicilii, aut rei fitae agnofcere debent. Neque tamen qui multis rationibus freti omnem iurisdictionem priuilegiatam plane tollere fuadent, idem de foro metallico affirmare poffunt, propterea quod, modus procedendi in caufis metallicis vehemente differt ab eo, qui in alijs receptus eft, e) et iuris metal-

*) cfr. KOEHLERI *Bergrechte, Abfchn. I. c. 5. §. 13.* in *.

a) *Befehl* d. d. 9. Apr. 1609. C. A. II. 237 et 239. *Decifio-Bef.* 23. Septbr. 1622. C. A. II. 279. *Bef.* 17. Septbr. 1757. C. A. II. 314. *Spec. Bef.* ad reg. anl. 16. May 1748. C. A. C. I. 1390.

b) *Spec. Bef.* ad Magiftr. Freiberg. 27. Aug. 1737. C. A. C. I. 1371.

c) *Spec. Bef.* ad Praef. Pirnenk. 25. Septbr. 1724. C. A. C. I. 1354.

d) *Bef.* 21. Septbr. 1657. C. A. II. 315.

e) conf. *Bergprocefs-Mand.* 26. Aug. 1713. in *Additamentis Ord. Proc.* Recogn. fub No. XI.

metallici studium, a multis nisi huic potissimum sese dederint plerumque negligitur, atque adeo, ut causarum metallicarum iustae pertractationi foro singulari consulatur necesse est. Eandem quoque ob causam scabinatum metallicum qui huc usque Fribergae floret, iam seculo decimo tertio fundatum reperimus, *f)* cui omnium causarum ad rem metallicam spectantium decisio vnice, atque ita, ut acta ad dicasterium peregrinum transmittere plane prohibitum, competit, *g)* quique sententias suas magistratus Fribergensis nomine, cuius quidem delegati inter scabinos sedem occupant, pronunciare solet. *h)*

§. 8.

De iuribus metallariorum aegrotantium, atque senium, etc.

Inter iura metallariorum praecipua etiam maxime conspicua sunt haec, quibus senes, aegroti, debilesque facti (*bergfertige*) gaudent, quaeque ergo silentio haudquaquam transire decet. In ipsis nempe operibus metallicis peragendis laesi, impensis fisci metallici sanantur — aegrotantibus stipendia integra per quatuor saltim septimanas seruantur — senes, et qui inmedicabili vulnere a continuandis laboribus metallurgicis arcentur, nec non metallariorum viduae per omne vitae spatium eorum infirmitati ad victum quaerendum respondens stipendium, — proximi vero eorum, qui in ipso periculo aut vulneribus decedunt consanguinei, praeter defuncti salarium mensurum etiam funebrium subsidia pecuniaria e fisco metallico accipiunt. **)*

§. 9.

f) Verordnung d. d. pridie Non. Iulii anno 1255. C. A. II. 74.

g) Bergproceß-Mand. cit. §. 26: Bef. 9. Apr. 1609. C. A. II. 237. Refer. 30. Decbr. 1665. C. A. II. 356. et Bergordnung d. a. 1536. art. 123. C. A. II. 104.

h) cfr. Chronicon Fribergense, sect. IV. c. 1. p. 439. et KLOTZSCHII librum inscriptum: *Probe einer Geschichte des Berg-Schuppenstubs zu Freyberg 1769.*

**)* Bergwerksdecret 6. Aug. 1659. C. A. II. 320. Resol. saep. all. 1709. §. 38. C. A. C. 392. et Gen. 28. Oäbr. 1780. Refer. 23. Mart. 1709. C. A. C. I. 1347. Oberbergamtsanweisung 7. Jan. 1764. §. 45 et 46. C. A. C. I. 1440.

De iure metallariorum singulari vestitu utendi.

Partim ex consuetudine, quae in rebus metallicis praecipua iuris speciem constituit, a) partim ipsa legis auctoritate, b) metallarii singulari vestitu uti possunt, quin debent, quod ex mea quidem sententia cum hoc institutum egregiam ostentationis praebet medicinam inter iura salutaria metallariorum referre non dubito.

De iure metallariorum terram metallorum causa ubique aperiendi.

Postremum quoque scitu digna sunt iura, quae metallariis in venis metallorum indagandis, et recludendis competunt. Exceptis enim agris consitis, locisque, ubi mensa, lectus, focusve deprehenditur, a) ubique iis aera perquirendi causa fossam agere (*schürfen*) licet, b) modo auctoritate praefecti metallici (*Bergmeisters*) hoc faciunt, c) neminique sub multa XX. selerarum argenti (*20. Mark Silbers*) eos hoc perficiendo impedire fas est. d) Variis tamen rationibus detrimentum, quod ex hoc metallariorum iure in alios forte redundare possit, leges nostrae auertere studuerunt, quippe quibus prouisum est, ut tales metallorum percontatores, si aedificiis periculum aliquod ex hac terrae fossura imminere videatur, ad cautionem de damni forte metuen-

a) *Bergordn.* 1554. in epilogo C. A. II. 149. *Bergordn.* 1589. §. 105. C. A. II. 224.

b) *Rescr.* 4. Jun. 1749. C. A. C. I. 1389.

a) *Bergbauspiegel* lib. I. c. 38. §. 3. et *KÖHLERS Anleitung zu den Rechten und der Verfassung bey dem Bergbaue* etc. p. 97.

b) *Bergordnung* d. a. 1536. art. 125. n. 3. C. A. II. 104. *Resol.* 1709. §. 4. qua lege inuentoribus metallorum quoque praemia quaedam praefixa sunt. *Bergdecret* 1659. C. A. II. 324.

c) *BEYER* delineatio iur. Germ. lib. II. c. 4. pol. 9. *SCHÖNBERGS Berg-information* sub voce *Schürfen*.

d) *SPAN. Bergrechtspiegel* P. II. c. 2. §. 1. *KÖHLER.* I. c.

metuendi reparatione praestandam, *e*) quod si vero venas aereas non nudent, ad (*entblößen*) fossam terrae denuo replendam, omniaque in integrum restituenda obligentur, *f*) et praeterea si dolose egerint arbitrarie puniantur; *g*) si autem fodina metallis speciosa inueniatur, haec fossa in signum praecoccupatae possessionis *h*) patere debet, et qui istam in scio praefecto metallico (*dem Bergmeister*) obturare non dubitat, ad eam denuo recludendam obstringitur, neque hoc impune facit. *i*) Ad perimendas denique lites de dominio reperatarum fodinarum sancitum est, ut duorum percontatorum foramina decem saltim vlnas et dimidiam ($3\frac{1}{2}$ *Lachter*) inuicem distare debeant, atque alterum ei, qui prius venas metalli inueniat cedere oporteat, simul atque mentione peracta illius fossam in huius regione iacere appareat. *k*) Verum enim vero ius domini in venas repertas, et eas fodiendo persequendi potestas sola inuentione non acquiritur sed praefecti metallici (*Bergmeisters*) demum concessione, et inuestitura (*Muthung und Beleihung*) cuius ritus et requisita hic fusius explanare non expedit, propterea quod angustis huius scripturae finibus includi aspernantur, quin singularem tractatum exigunt. *l*) Eandem ob rationem me quoque abstinere oportet ab explicatione iuris Senioratus (*des Alters*) vi cuius priori inuestito facultas omnes alios ab area sua excludendi tribuitur. *m*)

§. II.

e) I. 6. Cod. de metallariis et metallis. Sententia d. 15. Septbr. 1619. a Koelero l. c. p. 98. laudata.

f) EYBENSTOCK. *Zienbergwerks ordnung* d. d. 24. Aug. 1615. art. 37. C. A. II. 264.

g) *Bergrechtspiegel* II. c. 1. §. 2. SPANII *gesammelte Bergurteil* No. 9.

h) haec praecoccupata possessio termino tecnico dicitur *Alter*. cf. LEXSER. in *Iure Georg.* lib. III. c. 24. §. 88.

i) cf. KOEHL. l. c.

k) *Bergrechtspiegel* P. II. c. 2. §. 4.

l) Proxiam huius rei pertractationem exhibet KOEHL. l. c. *Altschn.* I. c. 6. §. 10 sq.

m) cf. Dissert. DIEZII de iure senioratus metallici d. a. 1727.

De iure domini in cuius fundo metallifodina sita est.

Facile nunc ad iura eius in cuius fundo fodina aperitur opulenta progredimur. Potest nimirum cucum, *a*) a conferenda pecunia ad fodinae sustentationem immunem, qui vulgo hereditarius (*Erbkux, Erbtheil, Ackertheil*) vocatur, aut quatuor alios ordinarios et stipendiarios, die qua fodina proinuestito solemniter inuestitura traditur, *b*) optare. *c*) Eiusmodi vero cucus hereditarius eò differt a ceteris, ut absque fundo, cui inhereret, alienari nequeat, *d*) inter plures tamen, cum fodina in aliorum agris porrigitur, aut alii tumulis e fodinae puteo egestis, (*Haltensturz*) incommodi aliquid sentiant, diuidi oporteat. *e*) Quod si autem fundi dominus praeter cucum hereditarium, aut quatuor stipendiariorum optionem aliud adhuc lucrum in damni perpeffi compensationem capere prohiberetur, de nimia profecto laesione iure conqueri posset, cum potissimum damni sibi e viis et semitis (*Heyer siegen*) in fundo suo apertis, et e plurium aedificiorum metallicorum extrucone, aut intestinorum saxorum e fodina euectorum coaceruatione (*Haltensturz*) illati reparationem nequicquam petit, *f*) neque prius cucus hereditarius aliquid lucri praestet, quam fodina tantis abundet diuitiis, ut

B 2

omni-

a) De origine huius vocis, inter DD. duae potissimum vigent sententiae, alii enim, ut v. c. LEYSER. in I. Georg. Lib. III. c. 24. §. 63. ab inventoris huius fodinarum distributionis cognomine deriuandam esse praedicant; alii vero maiori veritatis specie, ut v. c. KLORZSCH. in libro: *Ursprung der Bergwerke in Sachsen* p. 55. e vocabulo Bohemico *Kus* quod partem denotat, orram esse volunt, propterea quod permutata verba technica rerum metallicarum e Bohemia ad nos transmissa constat.

b) Neque vero satis expediti iuris est, quid e fodinis in cucos non diuisis (*Eigenlöbnerzachen*) fundi domino debeatur.

c) *Verordnung Mittwoch nach Reminiscere* anni 1531. C. A. II. III. *Verordnung* 9. Nov. 1548. C. A. II. 117. *Bergordn.* d. d. a. 1589. art. 27. C. A. II. p. 211.

d) *Bergordnung* 1589. §. cit.

e) *Bergordn.* 1554. art. 76. C. A. II. 139. *Bergordn.* 1589. §. 14ud.

f) *Bergordn.* 1589. §. cit.

omnibus refusus sumtibus in eam erogatis, horum quoque sumtuum vsurae solui incipiantur. (*die Kuxe zur Ausbeute gelangen*) *g*) Hanc ob causam possessores fodinarum praeter eam hereditarium, non solum, vt damnum fundi domino aedificandis aquaeductibus, e molendinis et lauatoriis metallicis nec non e machinis hydraulicis illatum restituant, *h*) sed etiam, vt metalla ad molas, lauatoria, et vsrinas curru vehenda, nec non trochleam cuius adiumento saxa e fodinis euehantur equis agitandam (*das Treiben des Pferde Göbels*) ei praeceteris eloquent, legibus nostris obligantur, *i*) modo eadem ac reliqui mercede satis ampla et ipsis legibus definita, *k*) contentus sit. Ratione huius iuris praerogatiui postremo loco allegati idem obtinet quod supra de cuo hereditario commemorauimus, neque enim cedi, neque absque fundo alienari potest, *l*) inter plures vero ita distribuitur, vt trochleae agitatio, (*die Betreibung des Göbels*) et metallorum uectura e vigilario (*Hutthause*) ad molam, (*Pochwerk*) et vsrinam (*Hütte*) pertineat ad eum in cuius fundo os fodinae e quo metalla efferuntur (*der Förderschacht*) extat, is vero in cuius praedio lauatorium (*Erzwäsche*) situm est, ius, e hoc metalla a substantiis terreis liberata (*Wascherze*) in vsrinam transportandi, vnice sibi vindicare possit. *m*)

§. 12.

De duobus generibus possessorum fodinarum.

Hactenus iura praerogatiua eorum, quorum in fundis metallifodinae extant considerauimus, superest igitur adhuc, vt in iurium singularium e possessione partium metallicarum proficiscentium pertractatione aliquod per tempus adhuc commoremur. Antequam vero huic materiae proprius accedamus de duobus istarum partium possessorum generibus

non-

g) KOEHL. I. c. Abschn. I. c. 5. §. 7.*h*) Bergurtheil I. Decbr. 1697. et KOEHL. I. c.*i*) Bergdecret d. a. 1659. §. 13. C. A. II. p. 323.*k*) Oberbergamtsanweisung d. d. 7. Ian. 1764. §. 64. C. A. C. I. 1445.*l*) KOEHL. I. c. p. 190. qui laudat Befehl 10. Maii 1710. quod quidem in Cod. Aug. nusquam inuenitur.*m*) KOEHL. I. c. §. 13.

nonnulla praemittenda sunt: quanquam enim quibusdam iuribus communibus utantur, permultum tamen inter utriusque iura interest. Alii nempe nostralingua *Gewerken* exercitores, socii, cultores fodinarum, alii *Eigenlöhner* aut *Eigenpänner* a) vocantur, (me enim his vocibus germanicis alias e lingua latina commode substituendas ignorare lubenter confiteor); illi in societate fodinae sunt, quae in CXXVIII. partes aut cecos, b) quae quidem singulae in plures exiguiore portuunculas facius porro subdiuiduntur, c) diuisa est; — arcam habent communem in quam quodlibet membrum certam, inensis fodinae, et cuiusvis portioni conuenientem stipem per trimestre confert, et e qua stipendia et merces metallariorum alique sumtus fodinae soluuntur — hominibus mercede ad effodienda metalla conductis, — atque peculiari rationario, (*Schichtmeister*) et fodinae praeside (*Steiger*) utuntur: horum autem vniuersitas duobus, tribus, etc: d) ad sumnum octo conficitur membris, quarum partes *Schichten* dicuntur; e) — qui neque arcam communem, — neque singularem habent rationarium, et fodinae praesidem; f) — mercenariorum loco ipsi pro rata opera metallica praestare possunt, (quod tamen hodiernum quidem rarius fit); — et tantum pecuniae duntaxat semper conferunt, quantum ad sumtus fodinae communes quocunque tempore inpendendos sufficit. g)

B 3

§. 13

- a) HERTWIGS *Bergbau* p. 109. *Berginformation* P. I. p. 46.
 b) Cuius enim LEYSERS in iure Georg. Lib. III. c. 24. §. 63. ita definit, ut nihil aliud sit quam metalli fodinae Pars CXXVIII. *fictione iuris constituta*.
 c) GEORG. AGRICOLA in re metallica Lib. IV. LOEHNEYS in *Bericht von Bergwerken* P. I. tit. *wie die Zechen* etc.
 d) *Bergordnung* d. a. 1526. art. 26. C. A. II. p. 78. et *Bergordn.* d. a. 1589. art. 36. C. A. II. p. 201.
 e) LOEHNEYS c. I. p. 28. BERWARD. in interprete suo phraeologiae metallurgicae fol. 21. LEYS. c. I. §. 60. *Chronicon* Freiberg. P. IV. c. I. p. 426. et *Bergbaußpiegel* lib. II. c. 6. §. 4.
 f) *Bergordn.* 1554. art. 39. C. A. II. 131. et IOACHIMTHAL. *Bergordn.* Tb. II. art. 7. *Bergordn.* 1589. art. 34. C. A. II. 202.
 g) KOEHL. l. c. et *Zienbergwerksordnung* 1568. art. 14. C. A. II. 155.

*De origine atque aetate discriminis fodinarum in Eigenlöb-
nerzechen et vergewerkschaftete.*

De origine huius discriminis fodinarum nunc demum explicati, licet inter antiquitatis gnaros non constet, dubium tamen non est, quin omnes primitus fodinae *Eigenlöbnerzechen* fuerint. E maiorum enim consuetudine discreti ac diversi colendi *a)* nemo non argumentari potest, quemque, qui arando aut terram ligone subigendo metallorum venis casu inciderit, ipsum per otium, et prout commodum sibi visum, hanc venam persequendo, aesque flammis a scoriis (*Schlacken*) seiungendo occupatum fuisse. *b)* Verum enim vero hodiernum quoque huiuscemodi fodinas, etiam si assiduitati in metalla effodienda nauandae, altero fodinarum genere (*durch vergewerkschaftete Zechen*) magis consulatur abolere non expedit: partim quod sumtus in has erogandi longe minores, quam illarum sunt, atque adeo e fructibus nouiter repertae fodinae admodum exiguioribus satius sustineri possunt; partim vero quod difficilior plerumque sit initio, quo de futuris fodinae diuitiis ne certam quidem spem tenere conuenit, CXXXVIII. cucos, quos longum per temporis spatium, lucri futuri expectatione, censendos, quisque facile praecidere potest, distribuere, quam duos aut tres inuenire socios, qui in nouae fodinae culturam augendam et amplificandam nonnihil opum suarum collocare non dubitent. At causa, cur plures *vergewerkschaftete* quam *Eigenlöbnerzechen* dantur, haud dubie est haec, quod illae longe maiori iis strenuitate colantur, ideoque crescente spe de diuitiis e fodina prouenientibus haec cum illis commutari soleant.

De iuribus utriusque fodinarum generi communibus.

Habent vero prioris ac postremi ordinis fodinae (*die vergewerkschafteten und die Eigenlöbnerzechen*) iura quaedam communia, sunt nimi-

a) Tacitus de moribus c. 16.

b) cfr. Klotzsch. libro cit.

nimirum curae et inspectioni collegii metallici demandatae; a) — et iisdem quidem b) tributis, dem *Quatembergelder*, und *Schlägeschatze* obnoxiae, c) — sed etiam ratione metallorum in officinas excoctorias et lauatorias deuehendorum, rerumque ad effodienda et elaboranda metalla necessariorum v. e. ferri, chalybis, lignorum, carbonum pulueris igniferi, aliarumque rerum immunes a vectigalibus, d) atque Accisis; e) — principi in metalla ambarum Ius promitiseos competit, f) nec non ei decuma metallarum pars, altera nimirum vicissima de metallis effossis, altera vero de metallis fufura comparatis (*ausgeschmolzenen*) g) debetur, h) remittitur tamen vtriusque generis fodinarum possessoribus haec decuma ratione fodinarum denuo detectarum per primos VI. annos nisi forte interea talis fodina tantis abundet diuitiis, vt eius prouentus suntus operis ferendos superent; i) quemadmodum etiam indistincte per primum trimestre immunitas a praestatione *des Quatembergelder* iis largitur, qui veteres fodinas denuo excolunt, atque etiam nunquam ad antiqua huius fodinae debita soluenda obligantur k) — cuncta habent vniuersitatum iura l) — omnibus, vel nulla religionis habita ratione, in societate

- a) *Befehl* 4. Apr. 1609. C. A. II. 237. et *Refer.* 16. Decbr. 1769.
 b) *Bergordn.* 1526. art. 125. §. 4. C. A. II. 105. et *Bergordn.* 1589. art. 13. in fine. C. A. II. 192.
 c) *Ковнл.* c. I. *Abfchn.* I. c. 7. §. 12.
 d) *Refol.* 14. Novbr. 1708. §. 35. C. A. II. 389. *Refer.* 7. May 1755. C. A. C. I. 1430. *Gen.* 31. Ian. 1782. *Bef.* 19. Mart. 1785. *Oberbergamtsverordnung* 7. Ian. 1764. §. 66. C. A. C. I. 1445.
 e) *Erläuterung der Gen. Conf. Accisordn.* d. a. 1707. C. A. II. 1953. et haec *Gen. Conf. Accisordn.* ipsa d. a. 1707. VI. *allgemeine Regel* C. A. II. 1940.
 f) *Declar.* 10. Jun. 1765. C. A. C. I. 1469. quae quoque historiam originis et progressus huius iuris exhibet.
 g) Ratione tamen metallorum villorum haec computatio nonnihil diuersa est.
 h) *Declar.* cit. d. a. 1765. §. 8.
 i) *Bergwerksdecret* 17. May 1624. §. 7. C. A. II. 284.
 k) *Bergordn.* 1526. art. 125. §. 4. C. A. II. 105.
 l) *l. 1. §. 1. D.* quod cuiusque vniuersitatis nomine etc.

cietate fodinarum vtriusque generis esse licet, exceptis solummodo iudaeis, *m*) et bannitis, illis, quod ab immobiliorum possessione omnino arcentur, *n*) his vero quod omnibus civium iuribus privati sunt; *o*) — nemo porro partium metallicarum, quas in his vel illis fodinis possidet, ob delicta facit iacturam *p*) neque eae, nisi aut consensu iudicii metallici oppignoratae sint, aut debita intuitu rerum metallicarum contracta, aut debitor omni alio prorsus destituatur patrimonio, obiectum executionis denominari possunt. *q*) Denique etiam ratione fori privilegiati causarum metallicarum nullum inter has et illas discrimen est, iudicium enim metallicum indistincte de omnibus causis ad rem metallicam spectantibus cognoscendi potestatem habet, *r*) quod cum modus procedendi in istis causis brevior et summarior nec tantis ambagibus, quas aliae requirunt, impeditus sit, (exceptiones enim dilatoriae omnes, solemnis litis contestatio, et cautio pro expensis in hoc genere processus plane exulant) *s*) inter iura possessorum partium metallicarum maxime salutaria iure referendum esse censemus. Neutiquam vero de hoc ipso disceptandi ritu fusius disserere licet, quoniam haec dissertatio ab huius libelli argumento plane aliena esse videtur.

§. 15.

De dominio et usufructu partium metallicarum.

Etsi de dominio partium metallicarum, eiusque acquisitione et translatione eadem valent iura, — ac de reliquis rebus, nonnulla tamen singu-

- m*) Quod quidem etiam coniciendum est partim e *Bergordn.* 1554. §. 80. C. A. II. 141. partim e *Bergordn.* 1589. §. 76. C. A. II. 213.
n) Ref. 1716. C. A. I. 388. et Ref. 1718. C. A. I. 399.
o) cfr. KOEHL. c. I. *Abschn.* I. c. 6. §. 27.
p) *Bergordn.* 1589. art. I. C. A. II. 186. *Mand.* 26. Aug. 1713. §. 24. C. A. II. p. 482. *Bergordn.* 1554. art. I. C. A. II. 118.
q) *Bergordn.* 1589. l. c. SPANII *Bergurrhel* No. 370. *Berginformation* P. I. fol. 69. §. 2.
r) cfr. loca §. 7. lit. a. citata, et praeterea Rescr. speciale ad praefectum Pimenf. 25. Septbr. 1724. C. A. C. I. 1354. et Rescr. 4. Iul. 1772.
s) *Berg-Proceß-Mandat* 26. Aug. 1713. §. 5 et 7. inter additamenta O. P. R. No. XI.

singularia de his in legibus occurrunt, quae ergo paucis non possumus non degustare. Partes nimirum metallicae rebus immobilibus annummerantur, hinc maritus non de substantia partium metallicarum vxoris suae, sed de redditibus (*Ausbeute*) tantum ex iis perceptis disponit, — post mortem vxoris non ipsas has partes, sed pecuniam solummodo ex istarum redditibus comparatam retinet, *a)* et in earum alienatione vxoris suae legitimus curator non admittitur, — vxor vero quoque post mortem mariti partes metallicas cum omnibus earum redditibus, deductis tantum sumptibus in alias eiusmodi partes impensis repetit. *b)* Deinde etiam pater, quanquam usufructuarius peculii liberorum suorum legitimus minime tamen, quemadmodum etiam usufructuarius ex conventionione, *c)* redditus, sed tantum modo vsuras ex iis perceptas lucratur, atque ergo liberis postquam maiorem aetatem nacti, has partes suas earumque redditus restituere debet, quapropter etiam et vxor et liberi ratione harum partium metallicarum, earumque reddituum tacita gaudent in patris, et mariti bonis hypotheca. *d)*

§. 16.

De acquisitione partium metallicarum mortis causa.

Facultas super partes metallicas disponendi est libera, *a)* et iisdem modis, atque aliarum rerum perficitur. Tranfertur nempe earum dominium actibus tam mortis causa, quam inter viuos; nihilominus tamen quaedam singularia hic et illic obseruanda sunt. Quanquam enim ius metallicum eo cum iure communi consentiat, vt heredes testamentarii, et ab intestato non morte testatoris, sed iudiciali demum assignatione dominium Saxonicum, cum omnibus iuribus et obligationibus, quae his partibus hereditariis inhaerent, consequantur; *b)* neque tamen haec assignatio et inuestitura (*Zugewährung*) sicut in aliis rebus

a) *Const. Elect.* 25. P. III.

b) *CARFZ.* ad *Const. Elect.* cit. def. 1. 2. 3. 4.

c) *ZOBEL* in quaest. Sax. lib. II. p. 2. quaest. 16.

d) *Const. Elect.* cit.

a) *Befehl* 28. Aug. 1624. C. A. II. 287.

b) *Befehl* 28. Aug. 1624. cit. *SPANII Bergverhöl* No. 304 305 et 555.

rebus immobilibus quocunque tempore fieri potest, sed ab heredi-
bus peregrinis intra annum civilem, ab indigenis vero intra sex
menses post testatoris mortem sub iactura iuris sui hereditarii (quod
tamen de scientibus tantum intelligendum) necessario petenda
est. c) Quodsi contra heredes partes metallicas indiuisas posside-
re malunt, harum assignatio non necessaria, quin durante com-
munione prohibita est, modo collegium metallicum de hoc consilio
certius fecerint, idque in antigrapho, (*Gegenbuche*) d) annotari cura-
verint, e) dissoluto autem postea communionis vinculo ad assignatio-
nem sub eodem praecudio petendam spatium trium mensium, f) he-
redibus leges nostrae indulgere. Iis denique qui eiusmodi partes mor-
tis causa donatione acceperunt, elapso die trigesimo per quatuor de-
cem tantum dies assignationem petere saluum manet. g)

§. 17.

De partium metallicarum alienatione inter viuos.

Quoad dispositionem inter viuos omnia qualiacunque pacta su-
per partes metallicas, praeter fodinarum integrarum locationem a) li-
cita sunt, modo aequae atque in omnibus pactis negotium sit hone-
stum — paciscentes liberam de rebus suis habeant disponendi facul-
tatem — consensus nec vi, nec metu, nec alia reprobata causa extor-
tus sit b) — et denique, quod aliquantulum singulare est, aut in iu-
dicio metallico concludantur, aut saltem omnibus cum conditionibus
adiectis illi referantur, et antigrapho inscribantur. Summae enim
hoc

c) Refcr. 23. Jul. 1681. C. A. C. I. 1346. Refcr. 1. Febr. 1738. C. A. C. I. 1371.

d) CASP. HORNIVS de libro metallurgico antigrapho singularem ao. 1706
scripsit tractatum.

e) Refcr. 1681. iam cit. Gen. 3. Febr. 1774. SPANII *Bergurzel* No. 361
et 362.

f) vide loca sub e) citata.

g) *Berginformar.* P. I. fol. 73. §. 23. SPANII *Bergurzel* II. No. 283.

a) *Bergordnung* 1554. art. 25. C. A. II. 128. *Bergordn.* 1589. art. eod.
C. A. II. 199.

b) KOEHL. l. c. *Abfchn.* II. c. 8. §. 10.

hoc etiam casu necessitatis est haec inscriptio, *e*) cum enim v. c. inter viuos donans ad dies vitae usum, et fructum partium metallicarum donatarum sibi reservauerit, neque sibi annotatione in antigrafo cauerit post donarii mortem, nequicquam contra eius heredes ad hoc pactum prouocat, sed iis petentibus statim has partes donatas exhibere tenetur. *d*) In omnibus porro de partibus metallicis dispositionibus inter viuos, in emtione, cessione, datione in solutum, etc. citra consensum paciscentium iudicialis quoque requiritur resignatio et adiudicatio (*Ab und Zugewährung*) quae intra quatuor septimanas perficienda est, et sub nullitatis poena negligi haud debet. *e*) Alienationes denique partium metallicarum litigiosarum, aut inhibitorum ipso iure esse nullas, neque vero ob laesionem enormem rescindi posse, iam e iure communi, *f*) patet, et praeterea etiam praedictis a Spanio allegatis comprobatur. *g*)

§. 18.

Continuatio.

Venditor partium metallicarum in regula ad solutionem impensarum ante alienationem e his partibus debitarum (*Zubusse*) obligatur, at vero etiam lucratur reditus (*Ausbeute*) omnes harum partium, quarum dies ante alienationem venit, post perfectum contra emtionis contractum, impensae, et lucrum harum partium venditarum cum omni causa ad emtorem pertinent, nisi forte aliud inter paciscentes conuentum sit. *a*) Vt porro omni fraudi in eucorum alienatione officiat, praefecti metallici (*Bergofficianten*) quo minus cum familia sua *offo* eucis plures in fodinis curae suae demandatis omnibus, rationarii vero in singulis, sibi

C 2

com-

c) Bergordn. 1589. art. 39 et 40. C. A. II. 202. EYBENSTOCK. Ziebergwerksordnung 24. Aug. 1615. art. 12. C. A. II. 258.

d) Berginform. P. I. fol. 73. §. 22.

e) Bergordn. 1589. art. 39 et 40. C. A. II. 202.

f) l. 10 et 11. D. de hered. vel act. vendita.

g) SPANII Bergurtheil No. 318. 336 et 338. Bergrechtspiegel tit. 10. §. 2.

a) SPANII Bergrechtspiegel tit. 10. §. 2. lit. 1. MANNSELD. Bergordn. art. 23. IOACHIMTBAL. Bergordn. P. II. c. 9. §. 3.

comparent, prohibentur, *b*) quemadmodum etiam non solum proxenetæ partium metallicarum (*Kuxküzler* vulgo dicti) iurisiurandi religione obstringendi, sed etiam præterea vni tantum incolæ cuiusvis ciuitatis hoc munere proxenetico fungi licet, isque semper harum partium emtoribus fidelem de statu fodinæ descriptionem a iurato (*Gefchworrenen*) subscriptam exhibere debet. *c*)

§. 19.

De partium metallicarum acquisitione per præscriptionem plane nulla.

Ex his præterea, quæ §. 16. et 17. de adiudicatione partium metallicarum necessaria, et intra certum tempus, sub iactura iuris, petenda, tradidi, luculentissime sequitur, partes metallicas præscriptione non acquiri, neque dispositionem *Decisionis Regiæ Imæ.* quæ ob præscriptam possessionem dominium (vt ita dicam) bonitarium tribuit, ad has partes applicari posse. Hinc plura vt hic addam minime opus esse videtur.

§. 20.

De partium metallicarum datione in pignus.

Viam ad alienationem sæpissime sternit pignoris datio, de hac igitur nobis nunc ex ordine agendum erit. Partium quidem metallicarum oppignoratio non nisi in foro metallico valide fit, *a*) a quo etiam tutoribus alienandi decretum impertitur, *b*) cuique partium oppignorata-

b) *Erläuterungs-Articul der Bergordnung* 23. Apr. 1571. C. A. II. 170. *Bergordn.* 1589. art. 6. C. A. II. 188. *Bergesol.* 1709. §. 22. C. A. II. 384.

c) *Bergordnung* 1589. §. 74. C. A. II. 212. *Bergdecret* 1659. No. 10. C. A. II. 322.

a) *Verordnung* 1294. art. 107. C. A. II. 78. *Bergordnung* 1554. art. 1. C. A. II. 118. *Bergordn.* 1589. art. 1. C. A. II. 187. *Mand.* 26. Aug. 1713. §. 28. C. A. II. 484.

b) *Berginform.* I. fol. 69. §. 2. et fol. 220. §. 4. et *KOEHLE.* c. I. p. 216.

gnoratarum subhaftatio tam voluntaria, quam neceffaria c) vnice competit. Partes metallicas alicui iamiam in pignus datas, aliis denuo in pignus dare non licet, donec prior hypotheca nondum extincta est. d) Hypothecam tacitam harum partium habent: 1) venditor in partibus venditis, ob pretium ab emtore non folutum, e) 2) metallarii intuitu debitae mercedis, f) et 3) ficus metallicus ratione fumtuum fubpeditatarum, et refiduae pecuniae per trimefre foluendae, (*Quatembergeldes*), g) quod vero admodum fingulare est, h) debitum pofteriori tempore contractum femper antiquiori folutione praefertur. i) Denique etiam fi tales partes oppignoratae ob folutionem debitae fupis nimis diu neglectam in commiffum cadunt, k) hypothecarius creditor in fubfidium tenetur, et hac folutione aeque omiffa partes oppignoratas, poftquam commiffae funt, debitori fuo fub iactura pignoris reftituere debet. l)

§. 21.

De iuribus singularibus der Eigenlöhner.

Via nunc fatis praemunita, ad iura particularia *der Gefellen* (ita enim *die Eigenlöhner* fynonymice vocantur) nofta vertitur oratio. Nonnulla quidem iura *der Eigenlöhner* quae in conferendis fumtibus neceffitatem praefentem non fuperantibus a) in operam metallicarum personali praefatione, et fodinae adminiftratione absque rationario, et praefide fodinae peculiari confiftunt, iam ex ipfa eorum fupra a nobis

C 3

propofi-

c) Refcr. 23. Iuny 1742. C. A. C. I. 1378.

d) *Berginform. I. fol. 73. §. 25.* SPANIVS l. c. tit. 10. §. 3. lit. o.

e) KOEHL. l. c. *Abfchn. II. c. 8. §. 22.*

f) *Mandar 1713.* iam cit. §. 28. C. A. II. 484. Refcr. 23. Iun. 1742.

C. A. C. I. 1379.

g) Eaedem leges fub lit. priori laudatae.

h) O. P. R. tit. 46. §. 1.

i) KOEHL. l. c. §. 27.

k) Hoc dicitur *ins Retardat verfallen.* confir. KOEHLER. l. c. *Abfchn. II. c. 7. §. 6 leg.*

l) *Berginform. I. fol. 127. §. 36.* SPANII *Berggurtel No. 152. 153 et 156.*

a) *Zienbergwerksordn. 1508. art. 14. C. A. II. 153.*

proposita notione cognoscitur. Reliqua autem eo fere redeunt: vt primum, neque typographicarum, neque eadem cum diligentia, ac aliae confectarum, tabularum expensi et accepti exhibitio de eorum proinuestito (*Lehnräger*) *b*) exigatur, modo omnia alia rationum requisita in istis non desiderentur, et vna saltem, si membra vniuersitatis ipsi operas praesent, — fin vero mercenariis vtantur, duae, — tres vero, si opes fodinae sumptibus ferendis pares sint (*die Zeche sich frey verbauet*), impensarum atque lucri per singulum trimestre habeantur *c*) computationes; deinde vt proinuestitus etiam ob rationis istius vitia dimidium tantum mulctae consuetae dare debeat, atque a cautione praestanda immunis sit; denique vero vt ei, cum aliquando fodina *in eine Bergwerkschaftete* commutetur, iure sperare liceat, vt focius suis a Collegio Metallico cum duabus aliis personis ad rationarium fodinae eligendum commendetur. Quibus quidem iuribus postremo loco a me absolutis, quamquam vniuersae societati *d*) parum tantum utilitatis afferant, hoc saltem efficitur, vt his praefixis praemiis nonnulli metallarii ad nouam fodinam inquirendam, et hac detecta ad focios sibi comparandos alliceantur. *e*)

§. 22.

De iuribus singularibus der Gewerken, siue possessorum cucorum.

Aliquantulum potiora, iuribus *der Eigenlöhner* huc vsque explanatis, sunt ea quae leges possessoribus cucorum (*den Gewerken*) tribuunt, quaeque ergo non possumus non recensere. Ad haec imprimis perti-

- b*) Is enim rationes eiusmodi fodinae conficit.
- c*) Rescr. 17. May 1747. Rescr. 21. Aug. 1754. quae tamen in Cod. Aug. nusquam deprehendantur.
- d*) quae societas *Lehnschaft* audit. confr. BERWARD. in interprete. metallurgico.
- e*) haec omnia tamen magis obseruantia quam iure scripto obtinere testatur, KOEHL. l. c. *Abschn. I. c. 8. §. 20* seq.

pertinet, remissio dimidii tributi ruralis *der Landsteuer a)* et tributi intuitu cercuissae, *b)* quae in vrbe immunitate metallica condonata coquitur ibique confluitur, non peregre exportatur, *c)* praestandi, modo huius dimidii summa culturae alicuius fodinae impendatur. *d)* Legibus nimirum prouisum est, vt ab incolis urbium et oppidorum et interdum etiam pagorum metallicorum integra quidem summa horum tributorum quaestori pendatur, ab eo autem altera eius semissis aerario *steuer* altera vero aerario metallico tradatur. *e)* In regula tales fodinae communes (*Communzechen*) in ipsius ciuitatis agris, cuius incolae, ius semissem partem tributorum laudatorum in res metallicas erogandi habent, sitas esse oportet, nonnunquam vero quoque pluribus locis metallicis, *f)* et singulis ciuitatis peregrinae membris vna eademque fodina hoc consilio assignatur, si forte vna ciuitas ad sumtus necessarios fodinae suppeditandos non sufficiat, *g)* semper tamen nisi singulari principis indulgentia hoc remissum, vt talis fodina communis, in vniustorum locorum agris iaceat, requiritur. *h)* Dantur forte quidam, qui quod lucrum ex hoc instituto in incolas locorum metallicorum redundet perspicere negent, opinantes, plane esse perinde, vtrum summa horum

- a) Land- und Tranksteueranschreiben 1628. 1635. 1646. 1657. 1661. 1666. 1671. C. A. II. 1412. 1419. 1444. 1474. 1487. 1501. 1512. Befehl 23. Novbr. 1716. C. A. II. 1645.
- b) leg. sub lit. a. cit. et praeterea Oberbergamtsanweisung §. 117. C. A. C. I. 1464. Erläuterung des im Jahr 1703 emanirten Tranksteueranschreibens 16. Ian. 1547. C. A. C. II. 249. Steueranschreiben 18. Novbr. 1763. C. A. C. II. 308.
- c) Befehl 5. Septbr. 1710. C. A. II. 1608.
- d) Bergwerksdecret 6. Aug. 1659. §. 7. C. A. II. 321. Bergwerksdecret 17. May 1624. §. 9. C. A. H. 289. Erklärung des Interim-Anschreibens der Tranksteuer 1702. 20. Ian. 1703. c. 8. C. A. II. 1572.
- e) cfr. leg. sub. a) b) et d) cit.
- f) Semper vero ad has remissiones fruendas, vt locus sit vere metallicus, id est, vt in eius finibus metalli fodinae extent, necessario requiritur.
- g) Special-Refcr. 19. Febr. 1752. C. A. C. I. 1418.
- h) KOEHLER, c. 1. Abschn. I. c. 8. §. 14.

horum tributorum in *Steuar*, an fodinae communis aerarium defluat, dum ipsa contribuendi necessitas nec omnis, nec pro parte tollatur. Tantum autem abest, quin huic sententiae haud subscribamus, ut potius hoc institutum et metallorum culturae, et incolis locorum metallicorum utilissimum praedicemus; namque primum hoc modo fieri nequit, ut talis fodina ob pecuniae penuriam deseratur, deinde vero etiam quamquam ab initio nullum exinde percipiatur commodum, postea tamen, si talis fodina communis ita ditefcat, ut sumtus in eam erogati (*Verlag*) exercitoribus restituantur, eius quoque cucii secundum sexagenarum tributarium (*Steuerchoke*), et cereuisiae cocturarum (*Gebäude Bier*) quibuslibet aedibus inhaerentium numerum distribuuntur, quo facto non solum tales cucii antea absque aedibus inalienabiles, libere et nonnunquam magno cum lucro alienare licet, *i)* sed etiam proventus istarum fodinarum per trimestre (*quartaliter*) inter possessores cucorum communicantur. *k)* Quocirca, quin talis eucorum gratuita comparatio, magnum saepenumero afferat lucrum, fieri nequit.

§. 23.

Continuatio.

Iam incolis csiuitatum metallicarum, qui praeter cucos, ob quos immunitas a vestigali, rurali et potulentorum (*Land und Tranksteuer*) concessa, alium adhuc ex argenti fodina, duos tresue vero cucos e fodina lapilli nigri (*Zwitzerzeche*) possident mox dimidia, mox tertia pars *Accisae generalis* a commestibilibus, rebusque ad victum maxime necessariis soluendae remittitur. *a)* Ad hanc vero immunitatem capeffendam, constans et continua eucorum (qui vulgo *Acciskuxe* vocantur) requiritur posses-

i) Refcr. 27. Ian. 1792.*k)* cfr. fusius KOEHL. c. 1. §. 13.*a)* Refcr. 20. Mart. 1731. C. A. C. I. 1358. *Gen. Accis-Tarif* 22. Decbr. 1753. C. A. C. II. 963. *Patent* 27. Aug. 1705. C. A. II. 1904. *Resol.* grauaminum in rebus ad accisam generalem pertinentibus 1766. C. A. C. I. 150.

possessio, neque tamen habetur ratio utrum fumus horum cucorum lucro e remissa *Accisa* percepto pares sint, nec ne, cuci enim vel quae-
fluosi (Ausbeutkuxce) aequae hanc tribuunt remissionem. His autem qui
 ratione plurium commercii civici generum hac remissione *Accisae ge-*
neralis frui cupiunt, tot cucis opus est, quot genera commercii civici
 exercent; pistor itaque qui cerevisiam, vinumque adustum coquendo
 et negociando victum quaerit, nonnisi quatuor cucorum possessione
 hanc remissionem ratione tam rerum familiarium, quam commercio-
 rum suorum consequitur. Quamquam vero praeterea necessarium non est,
 ut huius remissionis gratia cuci fodinae intra civitatis fines sitae possi-
 deantur, sed, copia tales acquirendi si absit, relictis fodinis domesti-
 cis alias petere liceat, requiritur tamen ut principi decima prouentuum
 metallicorum exinde debeatur, sin enim minus huius decimae princeps
 accipiat, eadem tunc proportione summa remittendae *Accisae* diminuitur,
 atque cuci fodinae e qua princeps nihil quicquam consequitur, nullam
 quoque remissionem *Accisae* possessoribus suis praestant. *b)*

§. 24.

Continuatio vltior.

Ad iura possessoribus cucorum, tanquam vniuersitati competen-
 tentia referuntur, primum, ius e tribus idoneis personis a collegio
 metallico commendatis rationarium (*den Schichtmeister*) fodinae suae
 optandi, tres vero aequae habiles personas collegio metallico ad
 praesidem fodinae (*den Steiger*) ex iis eligendum proponendi; a) deinde
 ius monendi rationes rationarii sui, nec non in dispositione de

D 2

fodinae

b) cfr. KOEHLER. c. l. §. 13. qui huius rei legem cardinalem laudat Rescr.
 8. Octbr. 1711. quod tamen in Cod. Aug. nusquam extat.

a) Verordn. 1294. c. 128. §. 5. C. A. II. 110. Bergordn. 1554. art. 45.
 C. A. II. 132. Erläuterungs- Arricul. 23. Apr. 1571. C. A. II. 171.
 Bergordn. 1589. art. 42. C. A. II. 202. Mand. 1713. cit. §. 2. C. A. II.
 475. et Rescr. 30. Decbr. 1718. C. A. C. I. 1351. quae postrema lex
 cardinalis est.

fodinae aeratio iudicium suum interponendi; *b*) et denique cucorum qui ob pecuniae per singulum trimestre conferendae solutionem per dodrantem anni neglectam commissi sunt (*in Retardat verstanden sind*) *c*) protimiferos, et accrescendi ius. *d*)

§. 25.

De iuribus singularibus quarundam fodinarum exercitiis concessis.

Superfunt adhuc nonnulla iura singulis quibusdam fodinis, nec non certis ciuitatibus metallicis prae ceteris, legibus attributa, primum ergo de illis, deinde de his videbimus.

I.) Cuniculi, (*Stollen*) *a*) stanni, *b*) ferrique *c*) fodinae (*Zinn- und Eisensteinzechen*) non ad cucum hereditarium fundi domino concedendum, sed ad simplicem damni dati solummodo reparationem obligantur;

II.) Metallum fodinis Marienbergae, Scheibenbergae, Oberwiesenthal, Schwarzenbergae et Eybenstocki, pro concessione quorundam cucorum a soluendis sumptibus fodinae expertium (*Holzkuхе* dictorum), ligna

b) *Bergordn.* 1589. art. 45. C. A. II. 204. *Bergwerksdecret* 1654. §. 9. C. A. H. 321. *Resol.* 1709. §. 15. C. A. II. 382. *Oberbergamtsanweisung* §. 127. C. A. C. I. 1465.

c) *Bergordn.* 1589. art. 62. §. 3. C. A. II. 208. *Bef.* 22. Septbr. 1764. *KOELLER* c. 1. *Abschr.* II. c. 7. §. 61qq.

d) *Verordn.* 1294. art. 58. C. A. II. 86. *Refer.* 28. Mart. 1745. C. A. C. I. 1383. et *Gen.* 13. Jan. 1738. quod quanquam in C. A. non reperitur existere tamen testatur *Refer.* 1745. supra allegatum. *Bergordn.* 1589. art. 62. C. A. II. 208.

a) *Bergordn.* 1589. art. 72. C. A. II. 211. *Stollen-Ordnung* 1749. art. I. §. 3. C. A. C. I. 1393.

b) *Altenbergische Zienbergwerksordnung* art. 6. §. I. C. A. II. §. 152.

c) *SPANN* *Bergrechtspiegel* tit. 2. §. 2. nota a.

ligna ad parietes foraminum, (*der Schächte*) aut cuniculorum (*der Stollen*) contiguandas, necessaria, e siluis electoralibus gratis conceditur; d)

III.) Fodinae curae collegii metallici, quod Oberwiesenthalii floret, traditae, donec vsurae sumtuum in eas erogatorum ab earum exercitoribus nondum percipiantur, (*bis sie Ausbeute geben*) ex argentosis metallis non decumam, sed vicissimam nonam demum praestant felibram; e)

IV.) Longe Friberga distantes fodinae imprimis in regione circuli montani superioris sitae in compensationem maioris portorii, plus etiam pecuniae pro metallis ad vstrinas Fribergenfes delatis accipiunt; f)

V.) Fodinarum collegio metallico Neostadiensi subditarum cultores a praestatione (*des Schlügeschatzes*) immunes sunt, et vnum ioachimacum, loco duorum, principi in iuris protimiseos compensationem soluunt, si speciali privilegio suo vi cuius metalla non in vstrinas electorales transportare, sed propria fufura elaborare iis permiffum est, vti animus fert; g)

VI.) Denique fodinae quae in territorio praefecturae metallicae Fribergenfis iacent, neque praestationi (*des Schlügeschatzes*) neque decimae aut vicissimae obnoxiae sunt, viciffum vero etiam minus iis pro metallis quae officinis excoctoriis inferunt, soluitur. h)

§. 26.

De iuribus singularibus nonnullarum ciuitatum metallicarum.

Iam quod iura praerogatiua quarundam ciuitatum metallicarum attinet, haec fere sequentia sunt:

I.) Venia

d) *Mand.* 14. Decbr. 1620. §. 1. C. A. II. 271. EINERTI disp. de partibus metallicis circa ligna 1778.

e) KOEHL. l. c. *Abfchn.* I. c. 7. §. 20. in nota, qui ad privilegium huius urbis d. d. 29. Iun. 1612. §. 2. prouocat.

f) Declaratio 10. Iuny 1765. §. 20. C. A. C. I. 1475.

g) *Befehl* 26. Iuny 1773.

h) Declar. 1765. cit. §. 19.

I.) Ius magistratus Fribergensis peregrinarum vniuersitatum metallicarum negotia tanquam earum procurator generalis gerendi; a)

II.) Immunitas incolarum Fribergensium et Schneebergensium ab obligatione pro dimidii tributi ruralis et potulentorum remissione fodinam peculiarem et communem habendi; b)

III.) Ius ciuitatis Marienbergensis de decimis praefecturae sui loci et Annabergensis trecentos et viginti florenos ad magistrorum tam ecclesiae quam scholae sustentationem quotannis expetendi; c)

IV.) Potestas plurimarum vrbiū metallicarum de qualibet fodina intra fines suos sita ad vsum communem ciuitatis, et ecclesiae duos vel plures sibi vindicandi cucos. Namque numerus horum cucorum aliaeque qualitates eorum in vniuersum tradi nequeunt, sed e cuiusvis loci priuilegio edisci debent. d)

§. 27.

Epilogus.

Finio nunc verbis MVRETI: *) *Dixi non quaecunque poteram (neque enim id aut res postulabat, aut tempus patiebat), sed ea tamen, quae dixi, neque aliena, neque inutilia fuisse confido. Quid praestiterim Vobis IPSI, B. L., iudices eritis.*


a) MOLLERVS in Theatr. Friberg. Chron. P. I. p. 438.

b) hoc contendit KOEHL. c. l. *Abschn. I. c. 8. §. 18.* et reuera hoc e *Berg-decreet 1629. §. 9. C. A. II. p. 308.* quoad ciuitatem Fribergensem coniciendum est, ciuitatis vero Schneebergensis haec lex mentionem non facit.

c) KOEHLER c. l. §. 18. n. 6.

d) KOEHLER c. l. n. 5.

*) in Orationibus lib. I. orat. 18.



ULB Halle

001 558 609

3



TH-202







DE IVRIBVS SINGVLARIBVS, ATQVE
IMMVNITATIBVS OB REM METALLI-
CAM IN SAXONIA CONCESSIS.

DISPVTTATIO INAUGVRALIS

QVAM

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS RITE
CAPESSENDIS

DIE III. IVLII A. P. O. R. MDCCCCLXXXIV.

H. L. Q. C.

EX

SINGVLARI SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS INDVLGENTIA
SINE PRAESIDE

DEFENDET

GVSTAV ALEXANDER BIELITZ

LIEBENWERDA SAXO

CANDIDATVS IVRIS VTRIVSQVE, ATQVE NOTARIVS
IMMATICVLTATVS.

VITEMBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICHII.